

Regina Martyrum! Christi Sanguis semen Martyrum, qui sanguinem cum vita fuderunt: Lacrymæ Mariæ semen Martyrum, qui solam corde dolebant. Micchow. in Litan. B. V.

Cor Christi & Cor Mariæ erant sympathetice unita, & quasi unum cor: ergo malum, quod unum patiebatur, etiam afflicto alterum. Sicut Solis deliquit etiam Luna obscuratur; quia de mutato illius splendore refugiet: ita corde Christi patiente statim dolor ad cor Mariæ transibat. Sicut Christus, ita & B. V. tribus clavibus cruci affixa: primus clavus fuit viva & vehemens apprehensio omnium dolorum, quos Christus patiebatur. Alter clavus fuit ineffabilis amor erga Filium. Tertius fuit Materna ejus compassio. Micchow. in Litan. B. V.

Abraham mactaturus filium seipsum magnavit in Filio, ait Petrus Chryzologus: Ita Mariam seipsum immolavit in Filio. Micchow. in Litan. B. V. Tr. Regina Mart.

Humilitas B. V.

105. Amat *et* laudatur a Deo, *et* B. V.

**Q**uam pulchri sunt gressus tui. In pedibus superbia est; non venit mihi pes superbie, ideo Apostoli lavabantur in pedibus a Christo: Maria vero ab omni superbia aliena erat, ideo laudatur; quam pulchri sunt gressus tui. M. conc. 3. 2. 2. n. 1.

106. Ipsa Virgo de se dicit: *Arrogantiam et superbiam, et os bilingue detestor.* Sciebat humilitatem esse virtutem, quæ proprie Divinæ Majestati debetur; infinita enim illa celsitudo infinitam postulat creaturæ inclinacionem. Sciebat Filium Dei per humilitatem, quæ usque ad flagella & mortem se demittebat, mundum reparaturam &c. Sicut ergo Eva per superbiam abiecta, sic Maria exaltata est &c. C. Prov. 8. v. 13.

Humilitas ejus in actionibus omnibus eluxit. In vestitu erat B. V. humillima; quamvis enim de regio erat stemmate, tamen non nisi duplici toga usæ est, cujus interior a collo usque ad talos, exterior a capite usque ad genua per modum pallii desubibat, utraque ex lana erat confecta. B. Serm. 41. n. 16.

Purificationis legem subivit, quamvis non teneretur: *Non habes causam, nec tibi opus est purificatione,* ait Bernardus. M. conc. 32. aff. 2. n. 5. Paoletti in Festo Purificationis.

Sicut vestium pompam in se ipsa refugit; ita & in albis damnavit. B. Catha-

rina, S. Birgitta filia, Fratris sui Caroli uxori persuasit, ut humiliter vestitu uteretur. Cum autem ista momenti morem non gereret, aliquando in facello Beatissimæ Virginis obdormiens, vidit, quod Dei Genitrix Catharinam blandite, se veroture inueneretur; quærens causam, audivit, id ea de causa fieri, quia Catharina non obtemperaret. E. Ornatu Vestium n. 3.

106. Exaltat Mariam ad sublimissimam eminentiam.

Cum mulieribus, *et* Maria Matre JESU: cur B. V. ultima ponitur, etiam post mulieres peccatrices? S. Bern. ait: *Merito facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibebat ancillam.* M. conc. 32. aff. 2. n. 8. *Flores mei fructus honoris,* quia in lateribus domus abscondita, & ignota fructificavit. M. lb. n. 7.

*Gloriam præcedit humilitas.* Maria super choros Angelorum non fuisse adeo exaltata, nisi fuisse adeo humiliata: tripliciter autem gloriam præcedit humilitas: Merito, origine, & ordine. 1. Humilitas præcedit merito, hinc certe Beatissima potius voluisset carere gloria, quam in hac vita plus honoratur humilitas, quam in auctantia, quia a mundo jam plus celebrantur Francisci, Arsenii & alii, qui se in eremis occultaverunt, quam fastuosi. 2. Humilitas præcedit origine; quia propter humilitatem Maria fuit evedta ad tantam gloriam, hæc etiam virtus erat, quæ Filium Dei permovit, ut citius humanam carnem assumeret, ideo dixit Maria, *Respexit humilitatem Ancille sue* &c. 3. Humilitas præcedit ordine; quia gloria propter humilitatem datur: atque ideo Beatissima humiliavit se vili estimatione suis ipsius, omnia dona sua ascribendo largitori Deo: *Fecit mihi magna, qui potens est:* Humiliavit se contemptu sui, quia tantum oculos desubibat in vilitate sua, vocando se Ancillam: quæ Domina erat. Humiliavit se denique amando hunc ipsum contemptum; hinc Jerosolymam non intravit, dum ejus Filius per modum triumphantis fuit exceptus, sed tunc primum cum per modum malefici fuit captivatus. Item sepe se expoluit reprehensionibus, uti fuit illa, quod tibi & mihi est mulier & polthabuit se omnibus Apostolis &c. Segn. Manna 15. Aug.

B. V. merita est dignitatem Maternitatis Divinæ. 1. Per Humilitatem. 2. Per illibatam virginitatem. 3. Per arden-

tissimam caritatem, qua sollicita pro redemptione hominum & adventu Messie assiduas preces fudebat; *Invenisti,* exclamavit Bernardus, *quod querebas invenisti;* quod nemo ante te potuit invenire. C. Luc. 1. v. 20. Et iterum Bernardus: *Merito facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibebat ancillam.* C. Luc. 1. v. 36.

S. Bern. superbia; in illud Apoc. 12. exhibebat ancillam. C. Luc. 1. v. 36. S. Bern. superbia; in illud Apoc. 12. exhibebat ancillam. C. Luc. 1. v. 36.

107. Odit, *et* aversatur superbiam.

108. Arrogantiam *et* superbiam *et* viam pravam, *et* os bilingue detestor, ait de se B. V. Nempe timore & amore Dei plena humilitatem, & humiles amat. Sciebat humilitatem proprie Divinæ Majestati deberi; infinita enim illa creatoris celsitudo, & Maestas infinitam postulat creaturæ humilitationem. Unde S. Augustinus: *Eva propter superbiam abiecta, Maria propter humilitatem electa: superbiam Deus despe-*

*xit, humilium respexit* &c. C. in Prov. 8. v. 12. Christus Dominus in amarissima Passione ab iniquis iudicibus & presertim a Pilato interrogatus, quis & unde es? Non respondit ei verbum; quia dignitatur eorum superbiam. Quæritur, cur ergo non in testimonium vocaret Beatissimam Dei Matrem, quæ in omnibus mysteriis passionis, & in ipso monte Calvarie semper præsens fuit? Nempe noluit hoc Providentia Dei admittere, ut humillima Dei Mater imitaretur humillimum Dei Filium, & nullum verbum colloqueretur superbis thrafonibus &c. Judicent jam, & responsum sibi ipsis forment multi, qui identidem querunt, cur a B. V. in suis necessitatibus non exaudiantur examinent suam conscientiam, & experientur, quod animum hoc vitio iniquitatum circumferant. Non vult, nec solet B. V. exaudire superbos! &c.

# LIBER QUARTUS DE ANGELIS, ET SANCTIS.

Pars Prima.  
DE SS. ANGELIS.  
SS. ANGELI.  
ANGELUS CUSTOS.  
Pars II.  
DE SANCTIS.  
SANCTI.  
HOMO JUSTUS.

SANCTORUM VIRTUTES.  
Humilitas Sanctorum.  
Castitas Sanctorum.  
Mansuetudo.  
Constantia.  
Pœnitentia.  
SANCTI MARTYRES.  
Martyrium.  
SANCTI CÆLITES.  
Reliquia Sanctorum.

## PARS PRIMA DE SS. ANGELIS.

1. Sunt numero innumerabiles.  
Aniel describens numerum Angelorum, ait esse millia millium, & decies millies centena millia. S. Dionysius & S. Thomas dicunt, quod eorum numerus transcendat omnes res corporales. B. Serm. 53. n. 17.  
D. Claus. Specul. univers. Pars I.

Pro duodecim sagitivis Apostolis petuisset Christus statim duodecim legiones de celo vocare. M. conc. 10. aff. 2. num. 10. 11.  
Miratur est orbis numerosum exercitum Xerxis, quo fluxus bibendo siccabat: nihilominus infinities plures fuit Angeli. Putant SS. Patres numerum hominum novagies novies ab Angelorum numero superari. Posito ergo, quod hactenus fuerint



runt triginta millia millionum hominum. Angeli ad infinitum tres miliones millionum efficiunt. S. Dionysius, ait, ab Angelis omnes res materiales superari, & potest illud deducti ex loco, quo creati sunt nempe celo. P. p. 2. dist. 3. num. 11.

Hierarchia Angelorum tres sunt, chori autem novem, uti Angeli, Archangeli, Principatus, Virtutes, Potestates, Dominationes, Throni, Cherubini & Seraphini. B. Ser. 53. n. 18. Item S. punct. 243. fol. 451. Petr. Sanchez 1. par. cap. 6. & 7.

Tertia tantum pars Angelorum lapsa est de celo, & tamen tanta est multitudo demonum, ut superent multitudinem hominum: Ergo Angeli in celo bis superant numero multitudinem hominum. C. Apoc. 12. v. 4.

Credibile est, ait Lessius, Angelos in die iudicii comparituros in corporibus splendidis: sic longe lateque supremas aëris regiones undique per multa millia miliarium usque ad celos ipsos replent & immani exercitus speciem præbent. C. Ista. 34. v. 14.

#### 2. Homini varia præstant obsequia,

Angelus ancillam Agar ad Abrahamum reduxit: tres Angeli promiserunt Abrahami nativitatem Isaac. Dno Angeli eduxerunt Lothum ex incendio Sodome, Angelus gladium Abraham tenuit in salutem Isaac. Angeli in Scala videntur a Jacob tanquam nuntii. Angelus duxit populum per desertum. Confortat Gedeonem contra Madianitas. Rescivit Eliam defatigatum. Libera Ezechiam ab Assyris. Adjuvat Juditham in liberatione Bethulia. Pueros in fornace, Daniele in specu Ieonum salvat, Petrum educit e carcere &c. B. Ser. 72. n. 7. C. Exod. 23. v. 20.

Angeli varias formas assumunt, ut commode homini succurrere possint: columna per diem, & noctem; comitis apud Tobiam: Stella apud Magos: Militum pugnantium &c. S. punct. 97. fol. 293. Item Iuse C. Exod. 23. v. 20. Sanchez 1. p. c. 7.

Angeli adjuvant Homobonum in constituendis vestibus, Isidorum in arandis agris, puellam septennem in eradicandis zizaniis. D. 6. 13.

B. Benevolutus Frater ex Ordine S. Francisci plus æquo temporis dabat orationi, & proin servitia culinæ oblitus fuerat: cum ad culinam venit, videt cibos

omnes ab Angelis esse preparamos. Beata Jacobono demones oculos omnes confregunt, & cibos in culina disperferunt: invocat Angelos, & illi statim aderunt, confusa restituerunt, cibos mundatos collegerunt. Petr. Sanch. 1. p. c. 7.

Egrotans frater a suis derelictus id gratie habuit, ut Angelum per septem dies sibi famulantem haberet. E. Verbo Angelus n. 5.

Sancti Angeli valde familiares S. Lydvina; ab illa sub specie mendici elemosynam accipiunt, illi sacros cineres capiti imponunt, illam coronant &c. N. 1. Sept.

Ven. Theresie Lusitanæ Angeli, dum illa rei sacre vacat, panes coxerunt. N. 3. Sept.

Abrahamo Angeli apparuerunt, & se valde familiares ac obsequiosos illi exhibuerunt.

Angelus Domini transfudit Habacuc Prophetam, ut in Chaldaea prandium ferret Danieli.

Angeli instruunt ignorantes: sic Danieli multa & magna mysteria revelata sunt per ministerium Angelorum.

Confortantur in tristitia: sic Angelus sterilibus parentibus annuntiavit nativitatem S. Joannis Baptistæ. Idem annuntiavit conceptionem Salvatoris in civitate David. Rufus etiam nato Domino Angelus Domini stetit juxta pastores, &c.

Explicant voluntatem Dei ignorantibus: Sic Angelus locutus est Iosepho: 1. Ante Nativitatem Domini, Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. 2. Post adorationem Magorum, surge & accipe puerum, & fuge in Ægyptum. 3. Post mortem Herodis: Accipe puerum, & vade in terram Israel.

Confortant nos in afflictione: sic in horro descendens de celo Angelus confortabat Christum tristantem, & orantem.

3. *Hominem præservant a periculis.*

Apud Loth hospitati sunt Angeli, & quasi piam illi violentiam fecerunt, ut a periculo incendii illum extraherent.

Jacob fugiens fratrem vidit Angelos descendentes, & ascendentes, qui in auxilium illi veniebant. Similiter cum ad Patrem a servitio Laban rediret, vidit Angelos sibi obviantes.

Angelus Domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem.

Daniel in lacu leonum incolumis respondit Regi: Deus meus misit Angelum suum, qui conclusit ora leonum.

Quando Jerusalem ab innumerabili exercitu obsidebatur, Angelus Domini noctu

noctu centum octoginta quinque Assyriorum millia trucidavit.

Machabæus, & qui cum ipso erant, rogabant Dominum, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israel. Sequitur: Apparuit præcedens eos eques in veste candida. S. Petrus in carcere vinculus, & altera die ad mortem martendus, liberatur ab Angelo.

Sanctos Martyres in tormentis confortant: sic Angelus S. Theodorum sanitati restituit. Constantii Episcopi vulnera sanavit. Sanctam Christinam e tormentis liberavit. C. in Dan. 3. v. 92.

#### 4. Sunt amatores & tutores castitatis.

Angeli cum pueris descenderunt in fornacem, compellentes flammam ignis: sic Angelus libidinum incentiva, quæ demones excitant, extinguunt. Sic S. Thomam Aquinatem zona castitatis cinxerunt. Ammonem piscinam Monachum, cum propter transvadendum fluvium se deinde debuisse, super aquam in alterum litus portavit. S. Sereno Abbati ignitam carnis strumam e pectore erunt, quo facto ille omni libidinis sensu caruit. S. Equitio Abbati omnem carnis stimulum extinxerunt, ita ut ille deinceps tam viris, quam feminis præfesset. S. Ermelindis ab Angelis monetur, ut infidias heri se fuga subdueret. C. in Dan. c. 3. v. 50. & 1. Cor. 7. v. 35. in fine. Et Exod. 23. v. 20.

S. Theophila ad prostibulum damnata, invocans Deum, Angelum protectorem habere meruit, qui juvenes procaeces ad Theophilam ingredi ausos morte, cæcitate, aliisque penis repulit. Simile quid legitur de S. Agnete, Lucia, Cæcilia & aliis sanctis Virginibus. C. 1. Cor. 7. v. 35. in fine.

S. Theodota Vidua, Nova Machabæa, duos filios pro martyrium Deo desit. Ipsa castitatis infidias passa, cum Hircus quidam impudens leno impudicam illi manum admoveere vellet, invocavit Angelum, & ecce! Mox iste atroci colopho impudentem suo sanguine erubescere docuit. Ann. sac. 2. Aug.

#### 5. Succurrunt in bellis & hostilitatibus.

Angelus Michael & Angelus Persie viginti & uno diebus invicem pugnant, ut scirent homines, quantam quisque Angelorum gentis suæ curam habeat. Rex Eleabaan sane e inopia cum suo exercitu pressus, pugnatorum invocavit auxilium Dei: & subito vocem audit: Gabriel!

Gabriel! Gabriel! quo deinde insignem victoriam retulit. Anno 106. vicit Theoderuberus Clotharium, in qua pugna Angelus Domini evaginatum tenens gladium addire visus est. VVenceslaus Bohemæ Regi succurrens Angelus, cum contra Ducem Carinensem protexit. Alfonsus Rex Congo innumerabilem hostium copiam vicit, ubi hostilis exercitus falsus est, se vidisse fulgentem equitum copiam, quorum intuitu metu coarctati, sese in fugam dederunt. D. Dan. 10. v. 20. in fine.

Angelus interposuit se inter castra Hebraeorum, & Pharaonis: illa illuminavit & deducens per mare rubrum, hæc obtrans & submergens. C. in Exod. 23. v. 20.

Confortatus est Hebraeos ab hostibus assiduos. Roboravit Gedeonem ad bellum contra Madian.

Præcessit hastam vibrans castra Judæ, cuique dedit victoriam. C. Exod. 23. v. 20. in fine.

#### 6. Obveniunt munia suorum clientium.

Raphael comes Tobie induit speciem Azariae: Angelus, similis filio hominis descendit cum pueris in fornacem ignis. Paschalis Vivas Dux Hispanus visus est Mauros in prælio prostrare, cum tamen ipse prælio non interesset, sed Sacrificio Missæ, nempe Angelus ejus personam suscepit. Fr. Joanni Parmensi Generali Ord. Min. Angelus ad Missam ministrat, loco Religiosi, qui obdormierat. Sic quando defuncti vivis apparent, per Angelos id plerumque fieri solet, qui formas defunctorum assumunt. S. Placidus cum fere aquam mergeretur, vidit S. Benedictum, qui tamen procul aberat. S. Nicolaus apparuit nauis periclitantibus, item Constantino Magno, præcipiens, ut tres innocentes e carcere dimitteret. S. Antonius Paduanus existens in Italia visus est in Lusitania. S. Franciscus absens apparuit fratribus in curru igneo. S. Ignatius Roma existens apparuit Coloniae &c. Hæc omnia plerumque facta sunt per Angelos, qui simulacrum ac speciem Sanctorum repræsentarunt. C. in Act. Apoll. c. 12. v. 15.

Nullibi libentius versantur SS. Angeli, quam inter justos, suos clientes. Angelus, qui nomine Dei Zachariae nuntiabat, Deum Judæis pacem daturum, ut iterum adificetur Jerusalem, stabat inter myrtetas Myrtus est symbolum Justitiae, quia amans valles designat ejus humilitatem.

2. Quia sicut myrtus crescit juxta aquas, ita



ita iustus crescit per lacrymas compun-  
sionis. 3. Sicut myrtus fert baccas prae-  
cipui saporis; ita iustus fert fructus bo-  
norum operum, ex quibus fit vinum exul-  
tationis, quod laetificat Angelos. 4. Myr-  
tus est valde odorata, hinc odorem gra-  
tiam ori conciliat, unde qui stomacho  
laborant, ut halitum habent fetentem,  
pro remedio mane comedunt baccas de  
myrto; ita iustus de se spargit odorem  
bonae fanae morum candore &c. Cum er-  
go myrtus his qualitatibus symbolizat us-  
um, mirum non est, quod Angelus fe-  
terit inter myrta. C. Zach. i. v. 8.

7. Sunt promones ad parcendum, quam  
ad puniendum.

Tres Angeli ad Abraham viam optime  
norunt; ad Sodomam vero duce indige-  
bant. Quare? quia primo beneficiebant,  
alteri penam irrogare debebant. B. Ser.  
76. n. 4.

In urbem Sodomam tarde eunt, econ-  
tra Angelus, qui Habacuc transfudit, in  
momento id fecit; Cur? quia in primo  
casu erant ad puniendum, in altero ad  
beneficiendum. S. punct. 26. f. 113, 114.

Angelus vocavit Abraham, prohibens  
ne filium immolaret, & dein magna illi  
munera propter obedientiam promisit.

Post numeratum populum ad manda-  
tum David, misit Dominus pestilentiam  
in Israel, cumque extendisset manum  
suam Angelus, clamavit David ad An-  
gelum cadentem: Ego sum, qui pecca-  
vi! Quare sic clamavit? Quia speravit  
Angelum ad misericordiam commotum  
iri, & a se solo penas exacturum.

Plures Angeli boni erant cum Eliseo  
ad eum defendendum, quam cum adver-  
sariis fuerunt mali homines ad nocen-  
dum.

Angeli mali contra homines, quibus  
beatas in caelis sedes a se amissas inv-  
dent, implacabili odio ardent, usque no-  
cere diu nocturne student, usque no-  
ctibus tanquam belluae terribiles cum ri-  
stu dentato, cum cornibus & unguibus  
pinguntur. Laudetur aeterna Dei Boni-  
tas, quod nobis Angelos bonos in tute-  
lam, & auxilium contra infernales bel-  
luis dederit: hi enim sunt manifestis-  
simi, & misericordissimi Spiritus, ideo  
pinguntur ut amonissimi juvenes, & qui-  
dem cum aliis, quia advolant festinanter  
in auxilium clientum.

8. Qualia sint corpora ab eis assumpta.

Angeli non possunt sibi unire aliquod  
corpus substantialiter sine unione hypo-  
stastica, quia hoc solius Divinae virtutis  
est. Possunt autem assumere corpora, ea  
sibi accidentaliter uniendo, & tunc mo-  
vendo ac si essent viva. Communiter  
vero de his effingunt corpus ex circumstan-  
te aere, admixtis crystalloribus exhalatio-  
nibus, sic ut eas inter se ita commi-  
scent, & condensent, ut solida corpo-  
& veros colores membrorum huma-  
norum representent: idque ex eo patet,  
quod haec corpora disparentibus Angelis  
innox in aere, & vapore resolvantur.  
Ita Vasquez. Hinc sequitur 1. in hujus-  
modi corporibus non esse veros colores,  
sed apparentes, quales in nubibus cerni-  
mus. 2. Angelum in tali corpore non  
posse exercere operationem vitalem, ut  
est videre, sentire, loqui, sed tantum  
imitari, & adumbrare. 3. Tali corpore  
non esse vere densa, & solida, sed tan-  
tum talia apparere resistente Angelo. C.  
in Gen. c. 17. v. 4.

Certum est ex Scriptura, Angelos saepe  
sub humana specie apparuisse, sic tres  
Angeli sub specie trium Virorum appa-  
ruerunt Abraham, duo Angeli venerunt  
Sodomam sub specie peregrinorum, An-  
gelus in forma viri tota nocte luctatus est  
cum Jacob, Raphael in forma juvenis  
comitatus est Tobiam. Quam suerunt  
haec corpora? Istorum putat, facta esse  
se ex materia caelesti, sed certius est,  
fuisse facta ex materia aerea, ita ut co-  
lores, & figuram hominum retulerint.

Quare, an assumant etiam corpora  
mortuorum? Respondet, daemones assu-  
mant cadavera mortuorum reproborum.  
Angeli autem boni nulla: non damnato-  
rum, quia haec averfantur, non Sancto-  
rum, quia haec venerantur.

9. Qualia sint officia Angelorum, & qua-  
lis natura.

S. Bernardus considerans illos Sera-  
phim, cur sex alas habuerint, ait ideo  
sex habuisse, quia duabus ad Deum ad-  
horandum, & duabus ad succurrendum ho-  
mini, duabus ad infernum debellandum  
volabant. M. conc. 10. ass. 3. n. 1.

Natura sunt Spiritus omnino perfecti,  
sicut dicuntur a Deo prodiisse sicut radii  
a sole, aut sicut scintilla ex chalybe. C.  
Moy.

Moyes non descripsit eorum creationem,  
& naturam? Nempe, ut a Judaeis homini-  
bus crassis non adorarentur. C. Gen. i. v. 1.

Angelica natura a nobis conditione di-  
stincta est, quod nos cecitatis ignorantia  
coarctamus, Angeli vero scientia incom-  
parabiliter super nos dilatantur, quoniam  
apsum fontem scientiae contemplantur;  
Quid de his, quae scienda sunt, nesciunt,  
qui scientem omnia sciunt?

Angelorum vocabulum nomen est offi-  
cii non naturae; qui minima annuntiant,  
vocantur Angeli, qui summa, Archangeli.

Angelus est substantia intellectualis sem-  
per mobilis, arbitrio libera, incorporea,  
Deo ministrans, gratia, non natura.  
Angelorum officium est & continua  
occupatio laudare Deum: Regnum non ha-  
bebant. Angelos igitur in terris emulan-  
ter; quasi adque tam in adversis quam pro-  
speris laudant Deum &c. C. Apoc. 4. v. 8.

10. Toti sunt in obsequio Dei.

Angeli pennas super propitiatorum ha-  
bebant, pennas, quia pennas non suo, sed  
Dei obsequio habent. M. conc. 10. ass. 3. n. 2.

Semper inveniuntur propitiatorum, quia  
semper in voluntatem Dei intenti sunt.  
M. lb. n. 3. seq.

Post discessum tentatoris, accesserunt  
Angeli annuntiant hominibus volunta-  
tem Dei, serviunt Christo in deserto,  
consolantur tristitiam in horto, parate  
erant istorum duodecim legiones ad de-  
fendendum Christum contra hostes, in resur-  
rectione, in ascensione Christi, adjuvant  
Apostolos in predicatione Evangelii.

Idco Angeli pinguntur nudipedes, &  
discalceati, ut significetur, quod liberi,  
absoluti, & expediti, acque ab exterioris  
affectibus libere puri, ad Divinae simplicita-  
tis similitudinem pro viribus tendant;

ideoque tradit Nyssenus, quod etiam Moy-  
ses, postquam caecus exiit, nunquam  
amplius illos induerit. C. Exod. 3. v. 5.  
Quidam Sacerdos Religiosus in Sacrifi-  
cio Missae dicens: Supplices terogamus,  
Omnipotens Deus, iube hac perferri per  
manus Sancti Angeli tui in sublime al-  
tare tuum; vide constitutum Angelorum  
eorum, & ex his eminentiorem, qui  
acceptam ab Altari SS. Hostiam sursum  
ferre, Deo praesentare, eandemque ite-  
ram Sacerdoti Sacrificanti reddere, reli-  
quis Angelis circumstantibus, illi mire-  
D. C. Nus S. p. i. c. 1. Paris 1.

applaudentibus: tum demum, ubi SS.  
Hostiam sibi ab Angelo restitutam vide  
Sacerdos, caelestibus plenus laetitiae Sa-  
crorum reliquum devotissime complevit.  
Nadaqui in anno Angelus. ex Majore Spec.  
Exempl. 19. v. Angelus.

11. Cooperantur ad salutem hominis.

Sanctus Stanislaus Societatis JESU No-  
vitiis ab Angelis SS. Eucharistiam reci-  
pit. B. Macarius narrat, Marcum quem-  
dam Exerctatorem SS. Eucharistiam sem-  
per recepisse ab Angelis, sequere nihil, nisi  
digitos porrigentis vidisset. S. Onuphrius  
singulis septimanis in cremo SS. Eucha-  
ristiam ab Angelis recepit. C. Levit. 21.  
ad finem. Item Num. 4. v. 49.

Sciunt Angeli ex Lege aeterna Dei, quod  
ruina suorum sociorum, qui de caelo lapsi  
sunt, reparanda sit per homines; ideo con-  
tinuo pugnant contra potestates aereas, &  
hominibus indefessa industria servientes,  
illis media omnia suggerunt ad salutem.

Quare Angelus a Joanne adorari no-  
luit? S. Gregorius respondet: Timer a  
natura humana adorari, quam videt in  
Deo esse sublimatam. Et haec dignitas  
acut Angelorum amorem, ut pro salute  
nostra laborent. C. Num. 4. v. 49.

Quidam Religiosus e familia Carthu-  
sianorum in Urbe Trevirensi, vidit SS.  
Angelos quosdams singularum mortalium,  
qui Custodie lati suorum clientum Lita-  
nias, Rosaria, omnesque preces ad SS.  
Trinitatis thronum deferabant, Alleluja  
cantantes, ac gratiam, Benedictionem &  
felicitem de caelis in nativitate, in resur-  
rectione, in ascensione Christi, adjuvant  
Apostolos in predicatione Evangelii.

Angeli ministrant ad Altaris Sacrifi-  
cium, & porrigunt Sanctis SS. Eucha-  
ristiam. C. in Num. 4. ad finem. Item  
Apoc. 8. v. 3.

16. Sunt nostri adjuutores, & duces.

Gieszi terretur a multitudine hostium, &  
fed animatus ab Eliseo videt majorem  
multitudinem defensorum in auxilium ad-  
volantium. Idem eventus Abbati Moyssi.  
Petr. Sanchez l. p. c. 7.

S. Caelicia defenditur ab Angelo contra  
Valerianum sponsum, uterque castitatem  
servat, & coronatur. Antonius si forte  
desidia corripitur, ab Angelo pro tradi-  
tionem libri aut flagelli amatur. S. Maria  
de Ognis ordinem diurnum vivendi ab



Angelo accipit. S. Catharina Susca ab Angelo defenditur contra Iatrones, ne ab illis inhonoretur &c. Petr. Sinch. l.p.c.7.

Ex hoc ipso, quod nos ament, nunquam voluntate sibi invicem contrahantur: sic Angelus Israelitarum voluit illi redire in Babylonia, ne moribus gentiliū pervertiretur: contra Angelus Persie voluit illos remanere, ut gentiles in Persia converterentur. VV. art. disc. font. 24. ex. 1.

Abbas Meyfies vehementer a demonibus tentatus ab Abbate Isidoro iustus est respicere ad orientem, & vidit ibi innumerablem Angelorum multitudinem, qui in auxilium suum festinabant. E. Verbo Angelus. n. 1. C. in Dan. 10. v. 20. in fine.

Jacob in patriam rediens a duobus turmis Angelorum defenditur. C. Gen. 32. Eoisio quod in primo vite momento nobis adiungitur tutelaris Angelus, ille amore Dei, magna sollicitudine, & nostris custodire intendit, ad Sacramentum Baptismi nos perducit, ad bonum instigat, a malo retrahit, in periculis corporis & animæ nos defendit. Nostrum est, ut illi reverentiam, & obedientiam exhibeamus. &c.

### 13. Sunt devote colendi & imitandi.

Sancti summpere nobis commendant Angelorum imitationem, veluti rem non minus necessariam, quam sit salus nostra; hanc enim Deus exequitur suffragante Angelorum ministerio. Si ad beatam illam Patriam admitti, & recipi exoptemus, unicum superest medium, ut nos transformemus in Angelos; unde S. Ambrosius in Psalm. 118. ait: *Esto Angelus, sequendo mandata Dei, & cum fueris Angelus, videbis faciem Dei.*

Sciamus autem, quo oculo contemplari debeamus Angelos custodes nostros: eos namque considerare debemus non tantum veluti Magistros nostros, qui nos erudiunt, tanquam protectores nostros, qui nos defendunt, tanquam Advocatos nostros, qui nos defendunt salutis nostre agant & promoveant &c. Verum etiam tanquam exemplaria nostra ad imitandum nobis a Deo proposita, tanquam prototypum & quo vivam Sanctitatis effigiem delineemus, tanquam specula, in quibus contemplerur & imitemur perfectiones divinas.

S. Gregorius ait: Unusquisque, si a pravitate proximorum revocat, si exhortari ad bene operandum curat, si æternum regnum, aut supplicium erranti denunciat, profecto Angelus exitit.

S. Gregorius  
in Iohannem,  
cap. 14. c. 18.

Qui parva annuntiare fratribus non desistunt, in Angelorum numerum currunt. Qui celestium secretorum summam annuntiant, in Archangelorum numerum deputantur. Qui amorem ardent, & alios accendunt, isti Seraphim dicuntur.

libidem.

### 14. Sunt puri Spiritus.

Angeli in natura sua sunt formæ simplicissimæ, Spiritus purissimi omnem omnino materiam compositionem excludentes, sunt veluti lux purissima ab omni corporis imperfectione, que eam obumbrare possit, libera & segregata, tantaque sunt perfectionis, ut quasi in infinitum totam excedant naturam corpoream; unde in perfectione exarant quoque naturam humanam, que non est purus Spiritus, veluti Angelus, sed composita est ex corpore & Spiritu.

Hanc perfectionem in Angelis imitari debemus, curando, ut totaliter perfecti que simus Spiritus, juxta illud Apostoli 1. Thess. 4. *Sit Spiritus vester integer, completus & perfectus*; Spiritus autem tunc integer & perfectus erit, quando perfecte dominabitur carni, & in nullo eidem subicietur. Et hinc corpus nostrum hanc quoque participat perfectionem Spiritus necesse est, subordinando se, & obediendo Spiritui & rationi, ut non solum cor nostrum, sed etiam caro nostra exsilet in Deum vivum.

Esto Spiritus, non caro; igneus Dei servus per fervorem Spiritus; ait enim S. Augustinus: *Ignis ardens, omnis Minister Dei.*

### 15. Habent purum esse intellectuum.

Quemadmodum Angelus in suo esse est independens a corpore, ita quoque in operari. Angeli sunt natura replete sapientia, scientia, prudentia, iustitia & rectitudine; sunt pure intelligentia, semper actu intelligentes. Unde semper intelligent veritatem; nunquam falluntur in cognitione naturali. Nos, ut ita dicam, comparamus ad ipsos sicut vermiculus, aut talpa reptans ad avem volantem.

Nos quoad hanc perfectionem imitabimur Sanctos Angelos potentiam nostram sensitivam ordinando ac subordinando intellectui, ita ut non alliciat, moveat, aut pertrahat nos sensus ad objectum delectabile, sed semper nos moveat intellectus ad proprium objectum honestum & rationabile.

12-

Talis fuit S. Aloysius, Juvenis Angelicus, qui supra terrena omnia altior, animo semper in Deo defixus hærebat; propterea dicitur, Angelus in carne, aut Homo extra carnem.

### 16. Semper sunt mobiles.

Juxta Jo. Damascenum 1. p. q. 38. *Angelus est substantia semper mobilis*, idque intelligitur circa propriam cognitionem; quia continuo ac necessario cognoscendo seipsum cum dependentia & relatione transcendentali ad Deum, indirecte quoque cognoscit ipsum Deum, & hæc cognitio in Angelo potest esse perpetua & intensa, quia nullum habet obvium sive corporis, sive passionum impedimentum, vel obstaculum; Hinc toto conatu, & quantum potest, fertur in suam supremam appetibilem. Idem.

Hanc perfectionem Angelicam imitari debemus, nunquam cessando a propria cognitione; quod fit, quotiescunque cognoscimus id, quod sumus ex nobis; hoc est, nihil, idque eo fine, ut nos ipsos annihilemus, humiliemusque & quod habemus ex nobis, videlicet peccatum, idque propterea, ut postulamus humillimam veniam & remissionem; & quod habemus a Deo, quod est natura & gratia, eo nempe fine, ut ei referamus gratias. Noscite te ipsum, & ad Deum refer omnia. Esto substantia semper mobilis, semper in motu bonorum omnium.

### 17. Habent perfectam cum Deo similitudinem.

Etiā in naturalibus, quo propinquius aliquid accedit ad suum principium, eo magis participat eius perfectiones: sic radius, quo propinquior est soli, eo est lucidior, aqua quo propinquior fluit fonti, eo est purior. Par ratio se habet cum Angelis; quia semper throno Dei assident, ideo magis participant Dei sapientiam, sanctitatem, potentiam, puritatem, caritatem, aliasque attributiones Divinas.

Angelus perfectam habet similitudinem cum Deo, diciturque illi: *Tu significatum similitudinis*. Nempe secundum naturam & gratiam.

Et tibi sæpius in Scriptura Sacra similitudo cum Deo commendatur: *Sancti estote, quia ego Sanctus. Elote perfecti, sicut & Pater celestis*. Et Christus monet: *Sequere me.*

Hinc Angeli, loco ipsius Dei, frequenter apparuerunt hominibus, uti Angelus apparuit Moyfi in rubo. C. Exod. 3. v. 2.

18. Continuum habent Dei præsentiam.

Sicut in naturalibus magnes semper tendit ad ferrum, heliotropium semper respicit solem; ita Angeli semper adherent Deo ad implendam illius voluntatem, ad propagandam illius gloriam, ad debellandas inimicas potestates.

Angeli continuo assistunt Deo, & semper vident faciem Patris celestis: etiam cum mittuntur, assistunt, ut ait S. Gregorius, nec in illis diminuitur cognitio & amor beatificus per actionem & ministerium. Emulare quoad hoc SS. Angelos, memorque esto Dei ubique, & in eum intentum habes oculum: non ita estandas te in actionem externam, ut Spiritus extingatur & tepescat. Unde S. Bonaventura Stimul. p. 2. c. 9. *Servus Dei quomodo debet, nec aliud, nec aliter cogitare, loqui & operari, quam si Deum (Angelorum more) facie ad faciem videret.*

### 19. Excellant variis virtutum perfectionibus.

Theologi tria faciunt seu distinguunt instantia in Angelis. Primum Creationis, in qua boni & mali Angeli creati sunt in gratis.

Secundum viæ, in quo Angeli bona, & meritoria exercentur opera; mali vero mala, & peccantur.

Tertium gloriæ ipsius Angelis; poenæ vero æternæ demonibus.

Quoad actus virtutum ab Angelis Sanctis exercitos, quamdiu fuerunt in via, duo adfunt modi dicendi.

Primum est D. Thomæ afferentis, Angelos Viatores bonos per unum actum meritoriorum caritatis acquisivisse gloriam; quia Angeli ex toto conatu & intentione operabantur, ditando & multiplicando adæquate, & secundum omnes gradus abundantissimum, quod receperant, gratiæ Capitale, ergo subito pervenerunt ad meritum.

Secundus modus dicendi est Scoti existimantis Angelos per plures, variose virtutum actus in via exercitos acquisivisse fidei gloriam, puta per actus fidei, spei, caritatis, Religionis, obedientiæ, humilitatis, correctionis fraternæ Angelis rebellibus exhibite, orationis, & peccationis auxilii a divina bonitate &c. Et pro-



probatur, quia magna illa pugna, & concertatio: *Prelum magnum factum est in celo*, absque pluribus meritoris & demeritoris utriusque partis.

Ex utraque hac opinione probabili imitationem elicimus pro nostro profectu; & quidem ex prima intentionem operandi, siquidem SS. Angeli propter unicum solum actum, qui fuit *ex toto conatu intensissimum* totam illam, qua modo gaudent, acquirerunt gloriam.

Ex secunda vero opinione capiemus actuum meritoriorum repetitionem, & multiplicationem, ita, ut non contenti simus perficere unum actum solum, & unius virtutis; sed plures & varios, ac omnium virtutum, iuxta occasiones & gratiam nobis a Spiritu Sancto communicatam, & licet in omnibus virtutibus SS. Angeli exemplo suo nos præcedant, nihilominus particulari quodam modo illos imitari debemus juxta Cassianum *in Castitate*, & juxta Bedam *in humilitate*, ita, ut *sicut per superbiam Angelus factus est diabolus, ita homo per humilitatem fiat Angelus*. Et licet humilitas in eo maxime consistat, ut *tam in præsertis, quam in adventis Deum laudamus, quia est cetera auferatur, ipse tamen non auferitur*.

20. *Habent zelum maximum glorie Dei.*

Cum Lucifer superbo animo se contra Deum erigeret dicendo *in corde suo: Deus ego sum*, aut *per similitudinem desiderando ut Deus omnibus præesse, & nulli subesse, aut per unionem affectando unionem hypostaticam cum persona divina, & Christo eam invadendo, aut per alium complacentie*; restitit ei gloriosus S. Michael veluti militiæ caelestis Princeps, & Antesignanus, cui utpote zelo honoris Deo præcellenti omnes Angeli obedientiam præstare debeant, dicendo: *Quis ut Deus?* & ut notat Gerson, subjungens: *Quid habet, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?* Et hoc modo factum bellum morale, & quasi Scholasticum. Cum autem S. Michael videret, quod cum Lucifero & sequacibus Angelis ejus his monitis & rationibus nihil efficeret, ventum est ad bellum secundum Agonisticum, quo Lucifer cum suis affectis præceptus actus fuit ad inferni barathrum. Incepto hæc pugna in celo, & perdrat adhuc in terra, ubi S. Michael cum suis Angelis omnibus modis hominibus loadet, ut sint Deo obediens, & nequaquam rebelles.

21. *Habent zelum maximum salutis animarum.*

Angeli boni promiores sunt ad adjuvandum, quam Demones ad infestandum; atque Demones nunquam ab infestatione hominis cessant usque ad mortem; ergo neque Angeli Custodes cessant aliquando in custodia hominum. Ita Abulensis in c. 8. Matth. g. 67.

Affidua vigilantia conitatur nos in periculis, in laboribus, in infirmitatibus, in negotiis, in itineribus, semper exhortantes ad bonum, detestantes malum, protegentesque a malo, si tamen intentæ cordis aere eorum sacra monita audire velimus. S. Laurent. Justin. c. 7. de obed.

Angelus Domini apparuit Gedeoni, & *Judi. 6.* confortavit, ac animavit eum ad liberationem populi.

Omnia obsequia, quæ Angeli præstiterunt, aut præstant homini, unice collocant ad ejus salutem! si hominibus apparent, si illis colloquantur, si ignorantibus instruunt, si errantes docent, si infidelios consolantur, si famelicos pascunt, si ægrotis servant, si morientibus assistunt, omnia hæc & alia centena faciunt ad promovendam hominis salutem.

22. *Immobiles persistant in bono.*

Angeli immobiles sunt, & inflexibiles; & ratio est, quia operantur cunctis rationes providendo, unde illis nulla nova ratio occurrere potest, ob quam mutentur, & ab ea sententia deflectant; Secundo, quia operantur intensissime & ex omni conatu, seu secundum totum posse, & totum conatum, & illique eis moraliter difficile, imo impossibile, ut, quod intense æstimant & amant, relinquunt, & refutent. Imitemur hanc immobilitatem Angelicam, & simus immobiles in amore Christi, dicamulque cum Apostolo: *Quis non separabit a Caritate Christi?*

Ipsa præsentia Angelorum animare nos debet ad perseverantiam in bono, & fugam peccati; dicit enim S. Bernardus *in Psal. 108.* Quantum tibi debet hoc verbum inferre, reverentiam, asserre devotionem, conferre fiduciam: Reverentiam pro præsentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia?

23. *Sunt impeccabiles.*

Natura creata per se ipsam, & ex se ipsa defectibilis & peccabilis; sed ex con-

junctione perfecta ad Bonum increatum, quæ contingit & fit mediante Beatitudine, redditur indefectibilis & impeccabilis, quia, cum in Deo videat omne bonum, extra Deum aliud bonum amare nequit, ac proinde peccare non potest. Talis est natura Angelica ex se peccabilis; at impeccabilis in Deo propter perfectam, quam habet cum Deo mediante gloria unionem.

Ecce medium, o anima mea, quo quotiescunque usa fueris, nec peccabis, nec a Deo te separare poteris, & quamvis hoc secundum in hac vita obtineri nequeat, primum tamen aliqua ex parte quis consequi potest: *Oculi mei semper ad Dominum, & ipse evellat de laqueo pedes meos*. Caye, ne commoreris aut perstiteris in creaturis, totum, quod creatum est, transcendere, & solum in increato bono persistere & commorare, ab eoque te nunquam separari permittas. ibidem reperies solum *omne bonum amabile*, & extra illud nullum aliud assequeris bonum amabile; unde cum nullum aliud reperias bonum, quod fit extra Deum, quodque te ad offensam eandem Deialliciat, quasi impeccabilis evades.

24. *Officia & Chori Angelorum varii.*

SS. Angeli alia exercent erga Deum, alia erga homines. Prioris generis sunt, intueri, admirari, laudare, adorare, amare, servire.

Posterioris Offerre preces, & alia bona opera. *Illuminare*, sive ea, quæ futura sunt, aut ad salutem pertinent, per inspirationem, aut alia media docere. *Defendere* tam a corporis, quam a spiritualis & malis. *Castigare* ut pedagogus. *Solari* & roborare in adversitatibus. *Assistere* agonizantibus; hinc cum Ecclesia oramus: SS. Angeli Custodes nostri, defendite nos in prælio, ne pereamus in tremendo judicio.

Numerus Angelorum est innumerabilis, & soli Deo cognitus, omnium materiam subalternarum numerum transcendens. Druzbicki.

Ordines seu Chori Angelorum sunt novem, qui dividuntur in tres Hierarchias.

Prima & suprema Hierarchia, quæ immediate illuminationes a Deo recipit, continet tres ordines seu choros, nempe Seraphinas ab excessu caritatis appellatos. Cherubinos ob sententia excessum invocatos. Thronos sic dictos, quia in Deo immediate rationes divinarum operum re-

cognoscunt, sicut in illis Deus velut in throno specialiter residet.

Secunda Hierarchia est eorum Angelorum, qui illuminantur ab Angelis primæ Hierarchiæ, & iterum in tres choros subdividuntur, nimirum *Dominationes*, qui præcipiunt agenda, quod est proprium Dominorum. *Potestates*, qui ordinant actiones divinas, quæ superiores in inferioribus agunt, eas sursum dicendo. *Principatus*, qui primi sunt in eorum, quæ imperantur, executione.

Tertia Hierarchia iterum tres continet ordines seu choros, & quidem eorum Angelorum, per quos homines illuminantur, utpote ad quorum salutem procurandam mittuntur, & sunt *Virtutes*, qui excessum fortitudinis ad divinas operationes implicant, unde per eos infirmitates curantur: *Archangeli*, quorum munus est, nuntiare ea, quæ sunt majoris momenti, sicutque velut Principes inferiorum *Angeli*, quorum munus est, nuntiare minora, & hominum salutem procurare.

25. *Quomodo colendi & quod ejus meritum.*

In choris Angelicis sæpius meditari virtutes Angelorum, proportionatas eorum officiis, easque imitare, & imitari fude.

1. A tribus ultimis choris postulabis zelum animarum.

2. A Potestatibus vires rogabis contra diabolicas tentationes.

3. A Virtutibus facultatem & potestatem patranda miracula, non in alio, sed in te ipso, quæ nimirum naturam tuam, veluti bestialem, convertas in spiritualem, Angelicam, & divinam.

4. A Dominationibus petes dominium in omnes passionibus tuas.

5. A Thronis postulabis pacem, & gaudium.

6. A Cherubinis cognitionem rerum sacrarum, divinarum, sui ipsius.

7. A Seraphinis flagitabis amorem Dei, ipsi namque sunt amores Dei creati.

Insuper certum est, inquit Vincentius Carafa S. J. Generalis, in itinere exilide SS. Angelis f. 162, quod anima nostra Angelorum numero & Societati inserentur, quodque homines non constituent decimum chorum a novem choris Angelorum distinctum; sed in istem collocantur choros Angelicis, aut superioribus aut inferioribus, juxta majora aut minora merita eorum; unde nonnulli assumentur ad chorum Angelorum, alii ad eorum Archangelorum, & sic de aliis ad su-



premium usque Seraphinorum eorum. Hunc in sensum affirmat S. Gregorius: Superna illa civitas ex Angelis & hominibus constat, ad quam tantus hominum numerus ascendit, quantus illuc numerus Angelorum remansit, sicut scriptum est: Stetit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei. Et propterea trinum Angelorum documentum & consilium est, ut pro aliis intendamus, accollimus in chorum Seraphinorum. Hoc praefatum exercitio ardentis caritatis, ardentique desiderio unionis cum Deo, subitandi instat ad fontem aquae anhelantis; hac enim assumptio fit secundum multitudinem, & ad cum Angelicum ordinem asemetur anima, cui similis reperitur in gratia.

Unde qui ardentem amat Deum in se ipso, transferretur ad ordinem primae Hierarchiae, quemadmodum ille, qui amat Deum in proximo amore benevolentiae, collocabuntur in ordine secundae Hierarchiae, & illi denique, qui amat Deum in proximo amore benevolentiae, obtinebunt sedem suam inter ordines ultimae Hierarchiae. Et ratio hujus est, quia prima Hierarchia occupatur in unione immediata cum Deo; secunda Hierarchia vero mediante proximo, attendendo universi hujus regimini; tertia etiam mediante proximo impendendo se cura accusat: particulae hominum, communitatum, regnorum &c.

Conformiter docet S. Thomas ita, & considera, quam elegans a novem choris datur concentus, & quam suavis vocum, instrumentorumque Musicorum componatur Melodia a caelestibus illis spiritibus, quotiescunque anima aliqua praecellam caeli subintrat aulam, & praefertim ab illo choro, in quo anima beata sedes sua assignatur in proprio throno gloriae.

Huc igitur, anima mea, dirigas tuas cogitationes, affectus, & desideria, & linguam, & manum; aliud nequaquam cogitabis, amabis, desiderabis, neque propter aliud operaberis; creata es propter vitam aeternam, ordinata ad caelestem gloriam, deputata ad societatem Angelorum, intrabis in Sancta Sanctorum, caelestibus annumeraberis cantoribus, ut Agno laudes decantes in aeternum, videbis perpulchram illam cali curiam, Regem gloriae Christum JESUM, Reginam cali & terrae, praecellam Dei Matrem, SS. Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum, O visionem beatam! O statum felicem! O

gloriam sempiternam! Videre Sanctos, esse cum Sanctis, & esse Sanctum.

Denique ut majorem erga novem Angelorum choros in te excites devotionem & affectum, eosque efficacius exortes, quantum ad suam te suscipere dignentur locietatem, valde conduceat, si nonnunquam de die recitaveris quaedam orationes iaculatorias, v. g. dices cum S. Sophronio Archiepiscopo.

O vos omnes superni Regis administrati, qui Creatoris voluntatem indefesse perficitis, conservate vitam meam inoffensam, spem instantiam, dilectionem Dei, & proximi integram, manu me, quae, ducte, & ad omnem salutarem, Deoque acceptam semitam dirigite!

### 26. Qua ratione imitandi sint.

Nemo SS. Angelos melius colit, quam qui illos imitari, & in se exprimere conatur; possumus autem SS. Angelos imitari, quia etiam Angelorum Dominum imitari possumus.

In primis illud S. Augustini effatum seculo, saepiusque tecum perpende: Angelus, inquit, ambulat nobiscum in omnibus viis nostris, intrat, & exeat nobiscum, attente considerantes, quam pie, quamque honeste conversemur.

Humilia, & subijce te Verbo Incarnato, quod fecerunt boni Angeli; juxta illud: & adorent eum omnes Angeli eius.

SS. Angeli ministrant, assistunt, & serviunt Deo: Tu pariter Minister Dei; Deoque Angelice assistas, eique digne servias. Millia millium ministrabant ei; & decies millies centena millia assistebant ei.

In conspectu Angelorum, & cum Angelis laudes, adores, benedicas & psallas Deo.

Omnes Angeli stabant in circuitu throni, & millia millium assistebant ei; nempe stare firmiter, ac in bono persistere, Angelicum est.

More Angelorum, zeloque Angelico contra tentationes, & malosque Angelos decerta.

Unus Angelus esse coneris, & omnes; Unus, nam gloriosum est, si unus omnium, vel plurium laudes, & virtutes in te exprimas. Immitte te Angelorum choros; & cum choro Seraphinorum igitur amore in Deum ardesce. Cum choro Cherubinorum scientiae Sanctorum invigilabis, & ab his Angelis petes cognitionem rerum sacrarum & divinarum.

Cum Thronis amabis pacem, & verum

gaudium, ac praefertim roga ab illis pacem cum Deo, pacem cum proximo, & pacem tecum ipso.

Cum Dominationibus, & ab illis rogabitis dominium in pravos habitus tuos, in passiones, & in hostes animae tuae.

A Potestatibus Auxilium & vires postulas contra tentationes & diabolicas insidias.

A Virtutibus facultatem & potentiam patranda miracula petes, non in aliquo alio, sed in temetipso, quoniam natura naturam tuam, utrope seram & indisciplinatam convertas in spiritualem, Angelicam & divinam.

### ANGELUS CUSTOS.

#### 27. Solicite custodit hominem in omnibus viis suis.

Angelus te custodit, cum in hunc mundum inis, cum hunc mundum pertrans, cum e mundo exis, id est in natiuitate, in vita, & in morte: in natiuitate custodit ab insidiis diaboli, qui quatit te jugulare ante baptismum. In vita custodit a mille periculis, & tentationibus: in morte custodit a desperatione &c. B. Ser. 19. n. 13. & seq.

Tota die, & tota nocte in perpetuum non raebeant, id est semper vigilabunt: quis famulus, quae Mater sine intermissione vigilat? S. punct. 97. Hinc velut centoculus Argus ad nostras necessitates respicit. S. lb. fol. 292.

Jacob exiens Mesopotamia duos exercitus Angelorum in suam custodiam vidit, scilicet Angelorum Mesopotamiae, qua exiit, & Chanaan, quod ingressus est: hi Angeli erant quasi praefidiarii. S. punct. 97. f. 294. B. Ser. 72. n. 6.

Sacerdos Josue propter peccata vestibus sacerdotibus exutus, & propter penitentiam iterum indutus, hanc promissionem Dei audiit, si in viis meis ambulaveris, plures Angelos tibi ad defensionem assignabo. N. 1. Sept.

Sicut Angelus Raphael fidelissime committat est Iosiam in itinere; ita S. Angelus Custos clienti in vita hujus peregrinatione semper a latere haeret, eumque in bonis excitat, & a malis defendit, &c. Quod Magister est Discipulo, quod Medicus agros, quod ductor viatorum, quod baculus infirmo, quod scutum militi, quod fulcimen arborescente, quod umbraculum contra aestum solis, id omne, & multo plus est Angelus Custos clienti &c.

#### 28. Averfatur, & punit peccata clientum.

Origenes ait: Unusquisque Angelorum in originatione adierit producent illos, quibus praesuit, qui testimonium perhibet, quod annis circa circum laboravit ad bonum, iustitiam, sed ille monita praesertim. Hic in medium producit sollicitudinem suam, labores, investigationes, monita &c. B. Ser. 19. n. 14. 15. seq. & Ser. 37. n. 46.

Dum impio Regi Herodi gratulabundus acclamatur populus, Angelus Domini percussit eum, & consumptus a veribus exspiravit.

Cum Propheta Balaam peregere veller ad maledicendum populum, Angelus fe illi in via opposuit, & jumentum terruit. C. Num. 22. v. 27.

Quia Moyses circumcisionem neonati pueri neglexit, Angelus illi occurrit, & voluit occidere illum. C. Exod. 4. v. 24.

Fuerunt Angeli, quibus datum est nocere terrae & mari, id est voluntatem Dei exequantur sententias & supplicia iustitia punientis. C. Apoc. 7. v. 1.

Angelus custodiebat paradysum cum gladio flammante, ut peccator Adamus non rediret. C. Exod. 23. v. 20.

Percussit Jerusalem peste ob populum Davide numeratum. C. in Exod. 23. v. 29. Reg. 24.

Videte ne contemnatis unum de pusillis istis: Cur & Angeli eorum semper vident faciem Patris mei. Qualis connexio inter hanc causam & causam? Respondeo: Angelos coram facie Dei pudet, si clientes disculos habeant; sicut paedagogus erubescit, si discipulos in immoribus habet. M. conc. 10. aff. 3. n. 9. 10.

Cum S. Franca Romana aliquando cum feminis mundanis vanos, & invidiosos discipulos colloqueretur, a S. Angelo custode sonante colopho percussa fuit.

Idem Sanctus Angelus Custos fecit Studioso, qui a malis sociis non sine periculo anime in pravam occasionem deducus est; cum enim e domo impia exibat, ab Angelo potentis alapa humi prostratus est. D. 2. 13.

Angelus Domini increpavit filios Israel, qui jurerant amicitiam cum habitatoribus terrae Chanaan, memorans beneficia, eis a Deo collata.

Abbas Peccem in templo supra portam vidit Angelum, qui aliorum orantium nominata in libro scribebat, non autem aliorum: interrogans Angelum causam peccatorum rei, responsum accepit: Opera peccatorum.



torum digna non esse, quæ in libro inscribentur. Calini Mente 1. n. 335.

29. In fugam agitur per peccatum.

S. Basilus ait: Sicut apes fugas sumus, et sedus odor columbar expellit, sic custodem vite nostre Angelum graveolens abigit peccatum. M. conc. 31. ass. 2. nu. 9. & C. Exod. 23. v. 20.

Angelus Custos Joannem Carerem Coadjutorem S. J. quotidie intelligibili voce & somno excitat, clamans: Joannes! Joannes! cumque aliquando Joannes surgere tardaret, & in lecto steteret, Angelus aliquot diebus emanavit, nec rediit nisi post feriam penitentiam. R. cent. 3. mir. 46.

Cum fratres pio colloquio detinerentur, visi sunt Angeli illis sereno vultu adfate: cum autem illi ad vanos discursus dilabebantur, Angeli indignantes fugerunt. E. Verbo Angelus n. 2.

Væ nobis, si quando provocati Angeli peccatis & negligentis nostris indignos nos judicant presentia, & visitatione sua. Quodsi necessaria est nobis familiaritatis Angelicæ dignatio, cavenda est nobis eorum offensæ.

B. Clara de Monte Falcone tertii Ord. Sancti Francisci Angelis secum conversantibus solebat dicere: Salutate mihi Reginam vestram, meam e corde dilectissimam Mariam; dicite ipsi, ut cito cito veniat, & me ad suam Maestatem in caelos advocet. Sed quia semel vanæ gloriolæ locum dedit, omnem in orando gustum perdidit; adfuit tandem illi, post quindecim annorum heremici & flagellatoris, Angelus, et remisit peccati nuntius, & una cum Angelo dulcis orandi gustus rediit. Mafcozzius in vita.

30. Sua presentia detoret a peccato.

B. Francisca semper ad Angelum suum respiciebat, hinc tantam sanctitatem consecuta fuit. Seneca ad Lucilium scribit: Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut stantiam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris reus assistat. S. punct. 97. f. 292.

S. Bernardus quærit: an eo presente auderes, quod me presente non audes? S. punct. 97. f. 293.

Ille Abbas in Vitis Patrum interroga-

S. Basilus in 21. art. 37.

S. Ber. Ser. de Angeli.

S. Ber. in 31. art. qui habet 44.

In vit. PP. de 7. 1. 44.

S. Ber. Ser. de 44.

Nian. in

S. Ber. Ser. de 44.

Adp.

Adamus illuc non amplius intraret; Ita Angel. Custos custodit cor nostrum, ut illud non subintrat peccatum. C. Ex. 13. v. 20.

32. Assistit clienti in morte.

Juveni, in quo ei propitius, id est, quo excusari, palliari & regi posse anteaclava, nimirum per præsidium Angelicum. S. punct. 97. f. 293.

Abbas Theodosius ab Angelo jussus est contra nigrum giganteum pugnare. Exhortatur ille, at Angelus promissit illi suum auxilium ad obtinendam victoriam. N. 8. Maii.

S. Franciscus Seraphicus est singulari amore prosequeretur omnes Angelos, tamen S. Archangelo Michaeli præ cæteris erat devotior, propter zelum illius ad facilem omnium salvandorum. Sic S. Arnulpho Episcopo Suesion. morienti apparuit, eum multis Angelicis spiritibus, pollicens se ei fore duce ad beatam patriam. S. V. Vilfrido Episc. Eboracensi ægrotanti apparet, ei fanitatem reversurum, & ei mortuæ quadrimumm reverenturum, & ei mortuæ quadrimumm reverenturum, & ei mortuæ quadrimumm reverenturum.

In morte Sifmundi Episcopi Compostellæ audita est vox Angelorum, veni electe Dei, intra in gaudium Domini tui. S. Antonio Abbati morienti occurrit Angeli, eumque contra diaboli calumnias defenderunt. S. Germani Episcopi Capuant animam ab Angelis celo illatam vidit S. Benedictus; Idem legitur de anima S. Radegundis Reginae, S. Hilde Abbatisse & aliorum. C. in Dan. 10. v. 13.

S. Lidivina Virgo Hollandicæ caelestia secreta ab Angelis percipit. Suo Angelo custodi visibiliter secum conversanti familiaratione imponit gloriosissima Deiparæ; & multis Sanctis nuntiandas. Angelus illam duxit ad eam Deiparæ Virginis Imaginem, quam in conclave habebat, monuitque, ut eam se sese prosternens preces daret. Ab Angelis apparentibus, & Dominicæ Passionis instrumenta portabant, Christi Mysteriis imbutur. Loco avellanæ virgæ Angelus fragrantissimum et lignum ex Paradiso pro baculo domestico porrigebat, quem illa nonnunquam alii commodabat. S. Angelus sub habitu mendicæ, pauperibus aliis comedentibus, ab eadem elemosynam petebat, & impetrabat. S. Angelus eidem roganti & auscultanti. Idem ad initium Quadragesimæ capti eauslem Virginis sacros cineres imponerat, modumque docebat, sacros ci-

neres devote suscipiendi. S. Angelus huic Virgini post triginta octo annos in exquisitis doloribus transfactus coronam pretiosissima luce fulgentem, sed nequum plenius ornamentis absolutam ostendit; quæ tamen tandem completa fuit, quando a militibus, qui ad Ducis inaugurationem confluerant, miris modis vexata, verbis exagitata, vulveribus afflicta, nulla pudoris, aut morborum habita ratione conviciis profuscis S. Angelus solis instar resplendens apparuit, & coronam completam, atque perfectam attulit. S. S. Albertinus Bagata, & Nadafi in anno Angelico hebdom. 3. n. 1.

33. Desiderat clienti famulari.

Angelus Tobie simulavit se Ananiam esse. Cur? S. August. ait: Si dixisset, ego sum Raphael Angelus; non esset Tobie mercenarius. M. conc. 10. ass. 3. n. 7.

Famularis Angeli custodis in his quinquæ officiis consistit: 1. Præcedet te. 2. Custodit in via. 3. Introduce in locum, quem paravi. 4. Non dimittet cum peccaveris. 5. Est nomen meum in illo. C. Exod. 23. v. 20.

Etiam a facie iratæ Jezabel fugientem Angelus cibo refecit.

In Festo SS. Angelorum Custodem Franciscæ mirabilem visionem de SS. Angelis habuit. Angelum suum Custodem, & quidem ac si Sanctitate & gloria alios antecederet, videbat. Alba, & Stola, antepectus in modum crucis ducta, indutus erat, sicut Sacerdotes ante Missam vestiri solent; in pectore autem crucem habebat. Francisca interrogabat, quomodo vocetur; ille respondit, quod nonquam promerita sit, hoc scire; omnem & perpetuam assistentiam & auxilium Francisca promittebat. In vita.

S. Angelus magnam compassionem habuit cum Agar famula, quæ ejecta e domo Abraham in fame & siti solitudinem oberabat, eamque voluit reducere ad Saram Dominiam suam. Ita Angelus custos miserum peccatorem, qui a Deo recessit, reducere conatur ad gratiam. C. Exod. 23. v. 20.

Duo Angeli eduxerunt Lor ex Sodomitaram urbe, priusquam illa caelesti igne combureretur. Ita Angelus sollicitus est, ut clientem præservet ab infernali incendio. C. Ibid.

Gen. 15.



34. Clientem reducere ad Deum desiderat.

Angelus in deserto Agar admonuit, ut ad domum Abraham reverteretur: ecce Angelorum opus, & officium est homines quasi servos ad Deum reducere. C. Genes. 16. v. 7.

Angelus Persie viginti & uno diebus resistit Angelo Israelitarum, volenti populum abducere & Babyloniam. Quare: quia sperabat Persas suos Idololatrias ex conversatione Judaeorum ad fidem esse convertendos. D. 2. 91.

Agunt Angeli diem festum, latantes super his, qui resistentes confortia demonum, per exercitia virtutum, Angelicis festinant sociari consortiis.

Zacharias Propheta in mystica visione vidit summum Sacerdotem Josue, propter peccata sua Sacerdotalibus exutum indumentis, & eorum vice vestitum fordidissimo habitu, adeo, ut carbonibus assimilaretur; & ecce subsicit Propheta; Vidi Angelum, qui suscepit defensionem miseri illius peccatoris, ac diabolo se se opposuit, qui occupato dextero rei latere audacissime eum de perpetratis sceleribus accusabat. Deinde precepit Angelus bonus restitui illi vestimenta sacerdotalia munda; & Cidarum reponi super caput eius: ultimo exhortans eum ad observantiam divinorum mandatorum ita conclusit: Haec dicit Dominus exercituum: si in viis meis ambulaveris, & custodiam meam custodieris, non unum duntaxat, sed plures Angelos tibi ad defensionem assignabo ex eorum numero, qui perpetuo coram throno meo assistunt. P. Franc. Alverinus S. J. de S. Angel. Custod. c. 14.

35. Meretur a nobis magnam gratitudinem.

Quare Moyses in enarratione Genesis non fecit mentionem de creatione Angelorum? cum tamen certum sit eos fuisse creatos una cum caelo? Respondetur: Ne rudibus Judaeis daret animam idololatriae, qui considerata pulchritudine, & beneficiis Angelicis facile eos adorarent. Verum prohi dolor! quid nunc sit? vix recordamur Angeli nostri &c. C. Gen. 2. v. 1. 36.

Gratitudo autem erga Angelum maxime debet consistere in ejus imitatione, ita ut nostrum cogitare, loqui, & operari sit Angelicum; mores nostri more Angelici. Item consistit in eo, ut omnes

homines amemus, neminem lademus, aut scandalizemus, idque propter illum Angelos, non propter nobilitatem, pulchritudinem aut sapientiam ipsorum, sed quia semper vident faciem Patris, quae summa est Angelorum dignitas.

Tobias Angelo Raphaeli, quia filium in regione Medorum duxit & reduxit, dimidiam bonorum substantiam obtulit. Quid nos Angelo custodit, per omnem vitam ducenti & custodienti?

Magna dignitas animae, quod qualiter habeat Angelum sibi assignatum custodem, & haec dignatio meretur, ut Angelo reverentiam, obedientiam, ac fidelitatem maximam adhibeamus.

Mirum est, quod Scriptura non explicet gratitudinem Isaac erga Angelum, qui Patris gladium in monte Moria cohibuit, ne immolaretur: nimirum, Scriptura nullis verbis describere poterat gratitudinem, qua Isaac fe totum, & omnia vita momenta Angelo debuit. Agnosce, O Christiane ex hac etiam tuam gratitudinem, pro omnibus obsequiis ab ipsa Navitatis die usque ad hodiernam tibi collatis; &c.

36. Defendit in periculis corporis.

Venceslaus Bohemiae Princeps a Radislao hoste injusto bello impugnat, condicitur ad singulare certamen, comparatur in arena; & ecce Angeli Venceslao in auxilium venere, hoste veniam rogante sui inusti facinoris, &c. D. 4. 93.

Quidam Lucas in regno Tunchinensi a mago insidias passus noctu in cubiculo invenit terribilem spiritum gladio, & lancea armatum. Invocat S. Angelum Custodem, qui ei apparetur praecipit, ut contra monstrum gladio pugnet; pugnavit, vincit. Altera nocte iterum spiritus apparuit, iterum Angelus succurrit, qui ei praecipit, ut facies magicas, quos magus tubulo lechulo abstruserat, eximeret, & igne combureret. R. cent. 3. p. 2. mir. 41.

Angelus, qui praecedebat castra Israel, quando recedebat populus de Aegypto, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, quasi mediator.

Raphael Archangelus Dux fuit Tobiae, ipsum a devoratione piscis defendit, uxorem ejus a demonio liberavit, caeco patri visum restituit.

Quantis periculis obnoxia erat Judith occidendo Holofemem! & tamen se hinc euntem, & ibi commorantem & rever-

tentem incolumem fuisse fatetur. Quare: quoniam custodivit me Angelus.

37. Angelus descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem.

Consolatus est Agar, & sitienti Ismael ostento puteo vitam conservavit. C. Exod. 23. v. 20.

Confortavit Eliam pane, cujus virtute ambulare poterat quadraginta dies. C. Lbid.

PARS II.

DE SANCTIS.

38. Quomodo, & per quid Sancti?

Sanctitas est ipsa justitia, rectitudo & perfectio mentis; haec autem consistit in conformitate voluntatis & actionis cum lege aeterna, quae est in mente Dei, sicut & diverso peccatum est difformitas, & praevaricatio legis aeternae, &c. C. Apoc. 4. v. 8.

Sanctitas est ipsa innocentia, & puritas ab omni labe, sic virgo dicitur Sancta, si sit casta corpore & spiritu. Sanctitas est ipsa mentis integritas, & virtus, praesertim caritas & gratia, quae omnia sunt commemorata legi aeternae Dei. C. Apoc. 4. v. 8. Habac. 1. v. 13.

Virgo illa Christiana sanctitate illustris, moriens rogata, quomodo ad tantam sanctitatem pervenisset? respondit.

1. Afflictiones meas nulli, nisi Deoque sola sum. 2. Corde semper fui liberalissima, & si opere non poteram, saltem animo dabam. 3. A quibus laesa fui, singulare beneficium repeti. C. ad Rom. 12. v. 21.

Sanctitatis symbolum est mel: 1. Quia de caelo depluit, & est quasi Manna caeleste. 2. Quia conficitur ab apibus, quae castae & virgines sunt. 3. Quia omnium saporum suam dulcedinem accomodat. 4. Quia est saluberrimum, & plurimum morbis medetur, &c. C. in Prov. 24. vers. 13.

Sanctus ex eo dignoscitur, si virtutis merito sumus summi, & humilitate infimi. En haec sunt exercitia virtutum, quibus homines sancti efficiuntur. C. in Matth. 3. v. 15.

39. Non obstante sua sanctitate timent infernum.

S. Theresia sellam igneam in inferno videt sibi preparatam. B. Serm. 5. num. 48.

S. Hilariion, Arsenius, Agatho, in

monte tristantur, & suspirant, quia timent judicium Dei. B. Serm. 18. n. 37.

S. Bernardus, Petrus de Alcantara, Ursinus &c. in morte trepidant ob metum inferni. B. Serm. 18. n. 44. & Serm. 19. num. 24.

S. Job, Ezechias, Paulus, Hieronymus, Hilariion aliique vehementer metuunt: Quare: rationem dat S. Gregorius. S. Greg. Periturus se absque ambiguitate scium, si e. 15. remota pietate iudicentur. B. Serm. 25. num. 1. 2. 3. &c.

In medio autem Deo adjudicat. Ubi S. Hieronymus: Res plena terroris! si Deos diiudicat, de peccatore quid fiet? S. punct. 130. fol. 454.

S. Hieronymus de se ipso scribit. Ille ego, qui ob gehennae metum tali me carcere damnaveram, scorpionum foetis, & ferarum, &c. Et S. Cyrillus: Gehennam timo, quippe interminatam: ex horreo caritatum, ut cut nimum infit calor: pavore tenebras, quoniam nihil admittit lucis: formido pestiferum vermetem, quoniam est perennis. S. punct. 141. fol. 446. in fine.

Sanctus Bruno, cum Doctorem Patrum sem et feretro exclamare audit, se accusatum, iudicatum, & condemnatum esse, timore inferni inchoat Ordinem Carthusianorum. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 259.

40. Per austeritates tendunt in caelum quo peccatores per volucries.

S. Chrysostomus ait: Scurator & adulter non a seipso potitur, quibus qui modestiam conservaverit? An Nero stabit iuxta S. Paulum? an Franciscus & Benedictus & igne & veribus, peccator autem ex delictis in caelum ibit: si vult Pharaon cum Israelitis transire per mare, vivat ut Israelita. B. Serm. 13. n. 40. 41. item Serm. 26. num. 5. Serm. 45. num. 22. Vide titulum MORTIFICATIO.

Sanctus Paulus arumnas Sanctorum describens ait: Alii Iudibria & verbera sustinent, lapidati sunt, scissi sunt, sentati sunt, in occasione gladii mortui sunt &c. hujusmodi labores gloriam Sanctis pepercunt, & nos laborem nolumus &c. S. punct. 148. fol. 451.

S. Dominicus Loricatus sacer fuit ipsius flagellator. S. punct. 19. fol. 621. S. Guilielmus, Nicolaus Tolentinas, Henricus Suso magna austeritates prodigia. S. lb. fol. 622.

S. Philippus Nerius Virginis candidam apparetis aebet: per arva spinis obsita incedendum, relinquamus flores. S. punct. 21. fol. 638.

Mira-